



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatio Synoptica De Ivdiciis Ad Lib: II. Decretal:  
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

10.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

tâ veritate; aut narratâ falsitate nihil ignorantia suffragatur. cap. constit. 19. de Rescript.

10. An rasura vitiet rescriptum, variant Legistæ. Placet Barthol: in L. si unus C. de testam: docens vitiari aperta & impedi-

ri eorum executionem in possessorio, si reperiantur in parte substantiali, cap: licet.

§. 5. & ibid: Gloss: ver. rasuris. negans, quando rescripta clausa sunt, in quocunq; loco rasura fuerit, quia non est præsumptio

contra impetrantem. argum: L si unus. C. de Testament. An etiam, si aperta rescripta aliquando fuerunt sana, ac casu aliquo

pervenerunt ad manus adversarii, & postea reperiuntur vitiata, rescripta corrunt?

Respondet Baldus in L. 1. sub n. 4. de fid: instr: censi vitiata, in quocunq; loco

fuerit rasura, quia præsumitur, quod Adversarius abraferit dolosè, cap. accepimus de

fid: instrum: & ibid: Ioan: Andr: n: 5. idemq; est, si reperiantur apud impetrantem, &

rasura sit in narratione facti, cap. ex literis de fid: instrum: esto sit paucarum literarum

cap. fin: de crimin: falsi. aut scriptura abrafa in loco substantiali ita sit scripta, ut videatur manus Notarii, gloss: fin: in cap: vim

vine-

venerabilis dreb: dom. vel Officialis & Notarii in subscriptione attestati fuerint de abrasione. Barth: in L. si unus n. 3. C. de testam.

II. Rescriptum speciale posterius, non derogat priori speciali, nisi de hoc mentionem faciat, cap: cæterum. §. hoc tit. cap. inter monasterium de re judic: quia Princeps non videtur velle concedere, contra ea, quæ ignorat: censetur autem ignorare ea, quæ specialia sunt, cap. 1. de constit: in 6. rescriptum verò speciale derogat generali, sive speciale præcedat sive sequatur, quamvis de eo mentionem non faciat, cap. Pastoralis. §. quoniam hoc tit. juncta gloss: nisi alicui per prius rescriptum generale, non solùm jus ad rem, sed etiam jus in re acquisitum sit, tunc enim non facilè præsumi potest, Pontifice in per posterius rescriptum speciale derogare voluisse juri alteri quæsito per prius rescriptum generale, sed potius præsumi debet, posteriorus rescriptum ex ignorantia prioris emanasse, nisi de hoc mentionem faciat. Abbas in cap: 1. hoc tit:

12. In casu verò quo duo diversi ad unum idemq; beneficium à sede apostolica